Fragmentarium

3861

Utrum tamen sunt
septem sacramenta a xpo
domino instituta nove legis
Arguitur tamen unum est
sacramentum scilicet eukaristie in quo
representatur passio xpi a quo omnia alia
sacramenta habent effectum Item plura sunt
sacramenta quam septem igitur etc. quia
omne quod datur in remedium pecca-
ti est sacramentum sed aqua benedicta datur in
remedium igitur etc. Est dicendum breviter
ad hanc questionem dicendum quod non sunt nisi septem
sacramenta nove legis ut patet per magistrum in libro
et est auctoritas totius ecclesie et omnium
doctorum Sed quare sunt instituta
in numero septenario dicitur breviter
quod sacramenta sunt instituta contra defectus
animarum Sed sunt septem defectus
animarum in genere in quibus sunt instituta
Sed sunt tres defectus culpa-
biles quorum quolibet est culpa
Prima est omni originale peccatum
contra quem instituta est baptismus
Secundus est peccatum actuale mortale contra
quem est penitentia Tertius est actuale ve-
niale contra quem est unctio extrema Alii
quatuor defectus sunt penales et
sunt pene peccatorum Primus est infirmitas
agendorum contra quem est confirmatio
Secundus est ignorantia contra quem est ordo
quo ordinatus docetur et docet Ter-
tius est concupiscentia noxiorum contra
ad carnalia contra quem est matrimonium
Quartus est concupiscentia terrenorum sed oculorum
et superbia vite contra quem est eucha-
ristia vel agit humiliaciones per meo-
ria ardentissime caritatis ad nos.
Sed queritur quando xpus instituit
hec sacramenta et ubi ea instituerit
Dicit Scotus de singulis patet igitur

de baptismo quod fuit a xpo institutum
ante passionem quia Joh. 3° dicit Ni-
codemo nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto patet etiam Mathei ultimo
Euntes docete omnes gentes bap-
tisantes De eukaristia patet in-
stitutio eius in ultima cena Mathei
26 Cum dixit discipulis suis
De confirmatione patet Joh. 20° cum
dicit Accipite spiritum sanctum De penitentia patet
Joh. 20 Cum dicit Accipite spiritum sanctum
et quorum remiseritis peccata remissa
De extrema unctione Marci 6 ubi
dicit quod apostoli ungebant multos
infirmos et sanabant constat
autem quod hoc non fecerunt nisi vir-
tute xpisti et eius auctoritate qui
instituit Item unctionem demonstrat
De matrimonio patet Mathei 19 ubi dicit
quod non legistis quia qui fecit ab
initio masculum et feminam fecit
eos Et dixit propter hoc dimittet
homo patrem aut matrem et ad-
herebit uxori sue et erunt duo
in carne una Constat quod quod deus
coniunxit homo non separet De or-
dine dicit Luce 22 hoc facite
in meam commemorationem Et
Joh. 20 Quorum remiseritis etc.
Sed arguitur quod est dicendum quod in eukaristia
representatur passio xpi et continetur
ipsius in quo est gracie pleni-
tudo non tamen representatur passio secundum
omnem effectum nec tenet gracie
plenitudo ad omnem graciam effunden-
dam sed specialiter ad effectum ubi aliorum
etiam de complicibus patet Ad secundum dicitur
breviter quod aqua benedicta non sa-
cramentum sed est sacramentale quoddam quia
disponens ad sacramenta non enim
ordinatur directe ad remedium
prohibens graciam et remedia anime

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3861, Cod3861_1r – Missale (?)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-dvfb/2627/30328)